dixisti. Nõ seruiã. In oĩ enĩ colle subli-
mi et sub oĩ ligno frondoso tu ꝓsterna-
baris meretrix. Ego aũt plantaui te vi-
neam electã: oẽ semẽ verũ. Quõ ergo con-
uersa es mihi ĩ prauũ vinea aliena? Si
laueris te nitro: ⁊ multiplicaueris tibi her-
bam borith. maculata es ĩ iniq̃tate tua
coram me dicit dñs deus. Quõ dicis:
non sum polluta: post baalim nõ ambu-
laui? Uide vias tuas in conualle: scito
quid feceris. Cursor leuis explicans vi-
as suas: onager assuetus in solitudine: ĩ
desiderio anime sue attraxit ventũ amo-
ris sui. Nullus auertet eã. Oẽs q̇ que-
runt eam non deficient: in menstruis eius
inuenient eam. Prohibe pedem tuũ a
nuditate: ⁊ guttur tuũ a siti. Et dixisti.
Desperaui: nequaq̃ faciam. Adamaui
q̇ppe alienos: ⁊ post eos ãbulabo. Quõ
confunditur fur qñ deprehenditur: sic cõfu-
si sunt domus israel. ipsi ⁊ reges eorũ prin-
cipes ⁊ sacerdotes ⁊ ꝓphete eorũ: dicẽtes
ligno. pater meus es tu: et lapidi. tu me
genuisti. Verterũt ad me tergũ et non
faciem: et in tp̃e afflictionis sue dicent:
surge ⁊ libera nos. Ubi sũt dij tui quos
fecisti tibi? Surgant ⁊ liberent te: in tp̃e
afflictionis tue. Scd̃m numerũ q̇ppe ci-
uitatũ tuarũ. erant dij tui iuda. Quid
vultis mecũ iudicio ꝯtendere? Oẽs de-
reliquistis me dicit dñs. Frustra ꝑcussi
filios vr̃os: ⁊ disciplinã ñ receperũt. De-
uorauit gladius vester ꝓphetas vr̃os: q̃si
leo vastator generatio vr̃a. Videte ver-
bũ dñi. Nunq̇d solitudo factus sũ isra-
eli aut terra serotina? Quare ergo dixit po-
pulus meus: recessimus. non veniemus vltra
ad te? Nũq̇d obliuiscetur virgo ornamen-
ti sui aut spõsa fascie pectoralis sue? Po-
pulus vero meus oblitus est mei diebus in-
numeris. Quid niteris bonã ostendere
viam tuã: ad querendã dilectionẽ que
insup ⁊ malicias tuas docuisti vias tu-
as: ⁊ in alis tuis inuẽtus est sanguis aĩarũ
pauperum ⁊ innocentũ? Non in fossis in-
ueni eos: sed in oĩbus que supra memora-
ui. Et dixisti: Absq; pctõ ⁊ innocẽs ego
sum: ⁊ ꝓpterea auertatur furor tuus a me.
Ecce ego iudicio cõtendã tecum: eo q̧
dixeris. nõ peccaui. Q̃ vilis facta es ni-
mis: iterãs vias tuas. Et ab egypto cõ-
funderis: sicut confusa es ab assur. Nã
⁊ ab ista egredieris: ⁊ manus tue erũt su-
per caput tuũ: q̃m obtriuit dñs cõfiden-
tiam tuam: ⁊ nihil habebis ꝓsperum.

III
Vulgo dicitur: Si dimi-
serit vir vxorẽ suã: et recedẽs
ab eo duxerit virũ alterũ: nun-
quid reuertetur ad eam vltra? Nunquid
nõ polluta erit ⁊ cõtaminata mulier illa?
Tu aũt fornicata es cũ amatoribus mul-
tis. tñ reuertere ad me dicit dñs: ⁊ ego su-
scipiã te. Leua oculos tuos in directũ:
⁊ vide vbi nũc ꝓstrata sis. In vijs sede-
bas expectans eos quasi latro insidiãs
in solitudine: ⁊ polluisti terrã in fornica-
tionibus tuis ⁊ ĩ malicijs tuis. Quobrẽ ꝓ-
hibite sunt stille pluuiarũ: ⁊ serotinus
imber non fuit. Frons mulieris meretri-
cis facta est tibi: noluisti erubescẽ. Ergo
saltem amodo voca me. pater meus: dux
virginitatis mee tu es. Nũquid irasceris ĩ
ꝑpetuũ: aut ꝑseuerabis in finẽ? Ecce lo-
cuta es ⁊ fecisti mala: ⁊ potuisti. Et dixit
dñs ad me ĩ diebus iosie regis: Nũquid
vidisti q̃ fecerit auersatrix israel? Abijt
sibimet sup omnem montẽ excelsũ: ⁊ sub oĩ
ligno frondoso: ⁊ fornicata ẽ ibi. Et di-
xi cũ fecisset hec oĩa: ad me reuertere: ⁊ nõ
est reuersa. Et vidit preuaricatrix soror
eius iuda. quia pro eo q̧ mechata esset
auersatrix israel dimisissem eam ⁊ dedis-
sem ei libellũ repudij: ⁊ nõ timuit ꝑuari-
catrix iuda soror eius: sed abijt et fornica-
ta est etiam ipsa: et facilitate fornicatio-
nis sue cõtaminauit terram: ⁊ mechata
est cũ lapide ⁊ ligno. Et in oĩbus his non
est reuersa ad me ꝑuaricatrix soror eius
iuda in toto corde suo: sed in mendacio
ait dñs. Et dixit dñs ad me: Iustifica-
uit aĩam suã auersatrix israel cõparatione
ꝑuaricatricis iuda: Vade ⁊ clama ser-
mones istos contra aquilonẽ ⁊ dices: Reuer-
tere auersatrix isrl ait dñs: ⁊ nõ auertam

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-104/0640
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG